

# ORATIO AD

Pont. Max. Leonem. X. in Obedientia suæ Sancti-  
tati nomine Serenissimi Principis dñi Sigismundi  
Regis Polonię/Magniducis Lituanię/Russia/Prus-  
sięq; dñi & hęredis zc. prestita/per Reuerendissimū  
dñm Ioannem de Laslko Archiepiscopū Gnezneñ.  
& Primatem Regni Polonię/ costante sibi Magni-  
fico Stanislao de Ostrorog Castellano Califficē. col-  
lega suo / in Consistorio publico habita. Die Lunę  
xiii. Mensis Iunii. Anno dñi. M. D. xiii.

**N**on sum nescius Beatissime Pater magni mo-  
menti onus humeris meis esse impositū: dum  
hanc in tuo sanctissimo conspectu orandi provinciā  
iniunctam mihi esse uideo/ubi tot clarissimorū mun-  
di luminū oculos in me coniectos conspicio. Nec si-  
ne magna animi anxietate id facere possum / mente  
reueluens/ q̄ in dicendi facultate Tirocinio nusq̄ de-  
posito/ ueterani munus hic aggredi ausim. Quippe  
qui semper uereri cogor/ hic adesse neminē: qui non  
acutius acriusq̄ uitia iudicet/ atq̄ ea laudet/ quæ re-  
cta uideat: ut fieri assolet dum contingit aliquē om-  
nibus silētibus esse unū/ magnis de rebus/ magnoq̄  
in cōuentu hominū audiendū. Legimus multos eos-  
demq̄ cōsummatissimos Oratores: quibus neq̄ ars:  
neq̄ dicendi usus defuit: sub tanto onere plerūq̄ suc-  
cubuisse. Illorūq̄ Maiestate: quorū in presentia ora-  
turi uenerant: deterritos: omnem dicendorū memo-  
riam ita amisisse: ut paucis admodum uerbis uix ex-  
pressis penitus obmutuerint. Qd̄ si talibus/ rāq̄ sum-  
mis uiris id contigisse non ambigitur: nemini profe-  
cto mirū uideri debet/ si mihi coram summo sacrorū  
omniū Antistite: qui dei simul & hominis primū in  
terris locum tenet/ coram excelso Pontificalis Maie-  
statis trono: quo nullus in humanis/ neq̄ sublimior/  
neq̄ augustior reperitur: in excellētissimo Reueren-  
dissimorū dñorū Cardinalium Senatu: in celebri tot  
Præsulum consessu: totq̄ clarissimorū uiroꝝ corona  
rei nouitate confuso gelidus coit formidine sanguis.